



NOUVELLE REVUE

THÉOLOGIQUE

54 N° 7 1927

S. Congrégation du S. Office

John JANSSENS

p. 546 - 553

<https://www.nrt.be/fr/articles/s-congregation-du-s-office-3252>

Tous droits réservés. © Nouvelle revue théologique 2025

Instruction sur la littérature sensuelle et sensuelle-mystique,

3 mai 1927. — (A. A. S., xix, 1927, p. 186-189). —

**INSTRUCTIO AD ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS CETEROSQUE LOCORUM
ORDINARIOS; DE SENSUALI ET DE SENSUALI-MYSTICO LITTERARUM
GENERE.**

Inter mala huius aetatis funestissima, quae doctrinam christianam de moribus penitus subvertunt atque animabus, Iesu Christi emptis pretioso Sanguine, admodum nocent, imprimis numeranda sunt ea litterarum genera quae sensualitati et libidini aut etiam lascivo cuidam mysticismo indulgent. Huiusmodi sunt praecipue fabulae romanenses, narratiunculae commenticiae, dramata, comoediae, quarum quidem descriptionum incredibiliter fecunda sunt haec tempora quotidieque maior ubique copia diffunditur.

Quae ingeniorum commenta quibus tam multi, maximeque iuvenes, tantopere capiuntur, si pudoris et honestatis finibus, non sane angustis, continerentur, non solum sine fraude delectare, sed etiam ad legentium mores conformandos prodesse possent.

Nunc vero satis dolere non licet, ut dictum est, ex hac affluentia librorum in quibus magna cum fascinatione nugacitatis par inest turpitude, gravissimam animarum iacturam existere. Etenim quam plures huius generis scriptores fulgentissimis imaginibus impudica facta depingunt; obscoenissima quaeque, modo tecte, modo aperte et procaciter, omni castimoniae lege neglecta, enarrant; subtili quadam analysi vitia

carnalia vel pessima describunt eaque cunctis orationis luminibus et lenociniis exornant, adeo ut nihil iam in moribus inviolatum relinquatur. Id omne quam perniciosum sit, praesertim adolescentibus, quibus fervor aetatis difficiliorem efficit continentiam, nemo est qui non videat. Volumina autem illa, tenuia saepe, parvo venalia prostant apud bibliopolas, per vias et plateas civitatum, in stationibus, quae dicuntur, viae ferreae, eademque in manus omnium mira rapiditate veniunt et familias christianas in magna et luctuosa frequenter discrimina adducunt. Nam quis ignorat litteris eius modi phantasiam fortiter excitari, effrenatam libidinem vehementer accendi et cor in coenum turpitudinum trahi?

Ceteris veros fabulis amatoriiis multo peiores solent ab iis proferri qui, horribile dictu, pabulum morbosae sensualitatis rebus sacris cohonestare non verentur, amoribus impudicis quamdam pietatem in Deum et religiosum mysticismum, falsissimum quidem, intexendo : quasi Fides cum rectae vivendi normaenegligentia, imo impudentissima infitiatione, componatur et virtus religionis cum morum depreivatione consocietur. Contra, sanctum est vitam aeternam neminem consequi posse, qui, licet veritates divinitus revelatas vel firmissime credat, praecepta tamen a Deo data non custodit, cum christiani hominis ne ipsum quidem mereatur nomen quicumque fidem Christi professus, Christi vestigiis non ingreditur : « Fides sine operibus mortua est » (Iac., 2, 26) monuitque Salvator noster : « Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum » (Matt., 7, 21).

Ne quis vero illa opponat : in pluribus illorum librorum nitorem et ornamenta orationis vere laudanda inesse, psychologiam hodiernis inventis congruentem praeclare doceri, lascivas autem corporis voluptates eo reprobari quod exprimantur, ut sunt, foedissimae, aut quod interdum cum conscientiae angoribus coniunctae ostendantur, vel quod patefiat quam saepe extrema turpissimi gaudii luctus cuiusdam poenitentiae occupet. Nam neque scribendi elegantia, nec medicinae aut philosophiae scientia — si modo his litterarum

generibus ea continentur — nec mens, quaevis ea sit, auctorum impedire unquam possunt quominus lectores, quorum generatim, propter naturae corruptionem, magna est fragilitas magnaue ad luxuriam propensio, paginarum immundarum illecebris sensim irretiti, et mentibus pervertantur et cordibus depraventur, ac, remissis habenis cupiditatum, ad scelera omnis generis delabantur, vitamque ipsam, sordibus oppletam, fastidientes, haud raro se ipsi interimant.

Ceterum quod mundus, qui sua quaerit usque ad contemptum Dei, his libris delectetur, eosdemque divulget, mirandum non est; sed maxime dolendum, a scriptoribus qui christiano nomine se iactant, operam studiumque in tam exitiosas litteras conferri. Numquid fieri potest ut principiis ethicae evangelicae adversando, adhaereatur Iesu benedicto, qui omnibus, ut carnem cum vitis et concupiscentiis suis crucifigant, praecepit? « Si quis vult — inquit — post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me » (Matt., 16, 24).

Atque eo quidem audaciae et impudentiae scriptores processisse non paucos videmus, ut ea ipsa vitia suis libris in vulgus spargant, quae Apostolus vel nominari a christifidelibus vetuit : « Fornicatio autem, et omnis immunditia... nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos » (Eph., 5, 3). Discant isti tandem aliquando se duobus dominis servire non posse, Deo et libidini, religioni et impudicitiae. « Qui non est mecum — ait Dominus Iesus — contra me est » (Matt., 12, 30), ac certe cum Iesu Christo non sunt scriptores sordidis descriptionibus bonos depravantes mores, qui societatis civilis ac domesticae sunt verissima fundamenta.

Itaque perspecta litterarum lascivarum colluvie, quae quoquo anno latius omnes fere nationes inundat, Sacra haec Suprema Sancti Officii fidei et moribus tuendis praeposita Congregatio, Apostolica auctoritate ac nomine SSmi Domini Nostri Pii Divina Prov. Papae XI, omnibus locorum Ordinariis mandat, ut omni qua possunt opé tanto tamque praesenti malo mederi conentur.

Profecto ipsorum est, qui a Spiritu Sancto positi sunt regere Ecclesiam Dei, in omnia, quae in suis dioecibus typis imprimantur et edantur, solerter diligenterque invigilare.

Neminem autem illud effugit, libros, qui toto orbe hodie vulgantur, longe crebriores esse quam qui a Sede Apostolica examini possint subiici. Propterea Pius X s. r. Motu-proprio « *Sacrorum Antistitum* » haec edixit : « Quicumque in vestra uniuscuiusque dioecesi prostant libri ad legendum perniciosi, ii ut exsulent fortiter contendite, solemni etiam interdictione usi. Etsi enim Apostolica Sedes ad huiusmodi scripta e medio tollenda omnem operam impendat, adeo tamen iam numero crevere, ut vix notandis omnibus pares sint vires. Ex quo fit, ut serior quandoque paretur medicina, quum per longiores moras malum invaluit. »

Nec vero talium voluminum et opusculorum pleraque, quamquam perniciosissima, speciali Supremae huius Congregationis censura plecti valent. Quare Ordinarii ex canone 1397 § 4 C. I. C. per se aut per Consilia a *vigilantia*, quae quidem Summus idem Pontifex, litteris encyclicis « *Pascendi dominici gregis* » instituit, sedulo naviterque gravissimum istud munus explere studeant; neque opportune denunciare in dioecesanis Commentariis praetermittant eosdem libros uti damnatos et quam maxime noxios.

Praeterea quis ignorat Ecclesiam generali lege iam statuisse, ut libri pravitate infecti, qui morum integritatem data opera vel ex professo laederent, vetiti haberentur omnes, perinde ac si in *Indicem* librorum prohibitorum relati essent? Consequitur inde ut peccatum letale ab iis admittatur qui sine permissione debita librum non dubie salacem legant, etiamsi ab auctoritate ecclesiastica non sit nominatim damnatus. Et quia de hac re, maximi quidem momenti, falsae et exitiosae opiniones obtinent inter christifideles, ideo locorum Ordinarii pastoralibus admonitionibus curent, ut imprimis parochi eorumque adiutores animum in id intendant, et fideles opportune edoceant.

Insuper omnibus declarare qui libri nominatim, pro singularum dioecesium necessitatibus, ipso iure prohibiti sint Ordinarii ne omittant. Quod si fideles a volumine quopiam arcere efficacius celeriusque se posse existiment si peculiari decreto illud improbent, hoc suo iure omnino utantur oportet sicut, gravioribus causis postulantis, id ipsum consuevit S. Sedes,

ad praescriptum canonis 1395 § 1 C. I. C. : « Ius et officium libros ex iusta causa prohibendi competit non solum supremæ auctoritati ecclesiasticæ pro universa Ecclesia, sed pro suis subditis Conciliis quoque particularibus et locorum Ordinariis. »

Denique hæc Suprema Sacra Congregatio omnes Archiepiscopos, Episcopos et reliquos locorum Ordinarios iubet, occasione relationis dioecesanæ, quidquid contra libros lascivos statuerint et exsecuti sint, Sancto Officio manifestare.

Ex aedibus Sancti Officii, die 3 Maii 1927.

B. CARD. MERRY DEL VAL, *a Secretis*.

Le titre même de cette Instruction du Saint-Office est particulièrement suggestif. Habitué à être mis en garde contre la littérature sensuelle, nous n'entendions plus guère parler d'un genre qui, dans les siècles passés, a été plus d'une fois dénoncé par le Saint-Siège : la sensualité mêlée de pseudo-mysticisme.

L'Instruction, après un exposé des motifs qui, à lui seul, demanderait, non pas un rapide commentaire, mais une étude fouillée, se termine par un dispositif précis. Elle ne fait du reste qu'attirer l'attention des Ordinaires sur des obligations déjà connues, et précise des mesures d'exécution.

La partie doctrinale du document insiste sur les normes qui décident de la valeur morale d'un roman, d'une nouvelle, d'une œuvre littéraire quelconque.

Publications « obscènes, lascives, sensuelles » : ces mots voisinent constamment dans le texte. Théologiquement, on dira qu'il y a obscénité dès qu'un récit, une description, va, de sa nature, à exciter les passions mauvaises. Pour juger du caractère d'un passage, d'un livre, il ne faut pas seulement se demander quel a été le but de l'auteur, celui que, subjectivement, il a voulu atteindre ; ce but peut avoir été indifférent, louable même ; il faut voir à quoi tendent, objectivement, par elles-mêmes, les descriptions, les mises en scène. Ont-elles pour effet naturel d'exciter à la luxure ? Elles sont mauvaises. Rien qu'à ce titre, bien des choses qui « se lisent » méritent peut-être un jugement sévère.

Est-ce à dessein que le Saint-Office emploie le terme « sensuel »

presque comme synonyme d' « obscène » ? Théoriquement, on peut tracer une limite entre les deux notions ; limite flottante cependant, puisqu'aussi bien le « sensuel », par définition, tend à quelque chose de plus grave. En pratique, trop souvent, il n'y a guère moyen de décider à quel moment la sensualité fait place à la luxure ; le glissement de l'une à l'autre, pour être d'abord peu sensible, n'en est pas moins psychologiquement inévitable ; le moment de la chute est impossible à prévoir. Le jugement du moraliste sera à peine moins sévère pour la sensualité acceptée, habituelle surtout, que pour des fautes matériellement plus graves : vouloir la cause, c'est vouloir l'effet. L'on comprend donc que, pour la pratique des lectures, on fasse à peine la distinction entre le sensuel et les modalités plus caractérisées. La moralité d'une lecture est dans l'influence qu'elle exerce. A-t-elle comme résultat, en fait, d'augmenter les difficultés de la vertu, de diminuer les forces de résistance, elle ne peut se justifier en morale que pour des raisons *proportionnées* ; par elle-même, elle est déjà lecture mauvaise. Mène-t-elle, en pratique, à des fautes, intérieures ou extérieures, et cela autrement que par simple surprise, passagère et isolée, elle ne se justifie *plus du tout*. S'il est rigoureusement vrai qu'il faut préférer mourir que d'offenser Dieu, il va de soi qu'aucune raison, ni de passe-temps, ni de convenances mondaines, ni de formation littéraire, ni d'étude, ne peut innocenter des lectures qui ont, comme conséquence de fait, des fautes formelles.

Le Saint-Office insiste sur une application de ce principe : ni l'éclat et la perfection du style, ni la finesse de psychologie d'un roman, ne sauraient rendre bon un livre dangereux. Il ne suffit même pas que le point de vue de l'auteur soit parfaitement moral, qu'il présente le vice comme une honte, que sa thèse soit saine, voire bienfaisante. Prenez le lecteur de la masse, et non pas une élite d'entre les lecteurs, mûrie au point de vue intellectuel et moral, aguerrie par la pratique d'une vie intègre au milieu des sollicitations ; prenez-le tel qu'il est, très faible souvent, hélas, contre les entraînements : le vrai résultat de la lecture pourra être celui des seules pages troublantes du volume.

L'Instruction parle en termes particulièrement sévères du genre nouveau, pseudo-mystique, de romans sensuels. D'une sensualité plus raffinée, « larvée » sans doute (on a souri du mot, mais il n'en reste pas moins exact), le Saint-Office estime ce genre *bien plus mauvais* (*multo peiores*) que la littérature franchement provocante. Défendre les hommes contre la faiblesse qui les entraîne au mal, n'est pas chose facile; mais les garder des pires misères quand ils se font illusion, et que leur recherche sensuelle leur paraît piété, charité, compassion, zèle pour une âme... on serait tenté de dire que c'est chose désespérée; « si lux quae in te est tenebrae sunt », si le *mal* s'appelle *bien*, que faire? Le mysticisme sensuel ancre les âmes dans ces illusions malfaisantes. Des romanciers catholiques pourraient-ils oublier à ce point que l'amour de Dieu, l'amour parfait surtout, a pour première condition la pureté de cœur, et que pureté dit avant tout chasteté intacte? Et ceux-là ne savent pas par le dedans ce qu'est la vie chrétienne, qui s'imagineraient que l'amour sensuel de la créature peut être un acheminement à l'amour divin.

En terminant son Instruction, le Saint-Office n'édicté cependant aucune mesure nouvelle, mais fait, au nom du Souverain Pontife, un vigoureux appel au zèle des évêques; il demande une action énergique.

1. C'est aux évêques qu'il incombe de surveiller les publications dans leur diocèse; le Saint-Office ne saurait étendre sa vigilance à tout ce qui s'imprime de par le monde.

2. La section de l'Index du Saint-Office ne peut condamner la plupart des publications, même les plus pernicieuses. C'est avant tout aux évêques à interdire dans leurs diocèses les livres qui le méritent. Ils seront aidés dans cette tâche par les *Conseils de vigilance* institués par l'encyclique *Pascendi*. — Cette remarque de l'Instruction est à rapprocher du can. 1397, § 5 : « Les Ordinaires déféreront au Saint-Siège les publications qui demandent un examen plus délicat ou celles pour lesquelles une sentence de l'autorité suprême paraît nécessaire en vue de l'effet salutaire à produire. » C'est dire, que l'intervention de l'Index diocésain serait la règle, celle de l'Index romain l'exception.

3) Il ne faut pas oublier que les livres *ex professo* obscènes tombent sous une règle générale de l'Index, et que, par conséquent, on ne peut pas plus les lire sans permission de l'autorité compétente, qu'on ne peut lire un livre nommément condamné. C'est un point à inculquer aux fidèles. — L'Instruction rappelle ici un principe qu'on oublie parfois : les publications obscènes sont interdites et par le droit naturel, et par le droit positif. Il ne suffit donc pas que l'on estime pouvoir *en droit naturel* se les permettre ; plût à Dieu du reste, que les chrétiens observassent toujours en cette matière la prudence et la réserve qu'impose la seule loi morale ! Un livre obscène, même s'il pouvait être lu sans dommage subjectif, resterait gravement défendu de droit positif.

4. Les Ordinaires devront désigner nommément, suivant les besoins de chaque diocèse, ces livres qui sont à l'Index de plein droit. Et si cela est utile pour détourner plus efficacement et plus rapidement les fidèles d'une lecture pernicieuse, ils feront usage de leur pouvoir de mettre spécialement à l'Index.